

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. 11.

Inhalt: I. Epistola Ss. Domini Leonis Papae XIII. ad Bibliothecae et Tabularis Vaticanis Praefectos. — II. Zur Führung der Todtenmatrif. — III. Zur Eheschließung ungarischer Staatsbürger. — IV. Zgodovina Sorske fare. (Dalje) — V. Pfarreconcursprüfung. — VI. Chronik der Diöcese.

1883.

I.

Epistola Sanctissimi Domini nostri Leonis divina providentia Papae XIII. ad S. R. E. Cardinales Antoninum de Luca, Vicecancellarium S. R. E., Ioannem Baptistam Pitra, Bibliothecarium S. R. E., Iosephum Hergenroether, Tabulariis Vaticanis Praefectum.

Saepenumero considerantes, quibus potissimum artibus confidant qui Ecclesiam et Pontificatum romanum in suspicionem invidiamque adducere nituntur, satis cognoveramus, ipsorum conatus multa cum vi et calliditate in historiam christiani nominis esse conversos, maximeque in eam partem, quae res gestas complectitur Pontificum romanorum cum ipsis italicis rebus colligatas atque connexas. — Quod cum nonnulli Episcopi nostrates idem animadvertissent, commoveri se dixerunt non minus cogitatione malorum, quae inde consecuta sunt, quam futurorum metu. Etenim iniuste simul et periculose faciunt qui plus odio romani Pontificatus quam rerum veritati tribuunt, illuc non obscure spectantes, ut superiorum temporum memoriam mendaci colore fucatam novis in Italia rebus servire cogant. — Quoniam igitur Nostrum est non solum iura Ecclesiae cetera, sed ipsam eius dignitatem et Apostolicae Sedis decus ab iniuria vindicare, cum velimus ut vincat aliquando veritas, et itali homines agnoscant unde sibi vis beneficiorum maxima et antea percepta et in posterum speranda sit, decrevimus de re tanti momenti vobis, dilecti filii Nostri, consilia Nostra impertire, eaque sapientiae vestrae ad perficiendum committere.

Incorrupta rerum gestarum monumenta siqui tranquillum et praeiudicatae opinionis expertem intendat animum, per se ipsa Ecclesiam et Pontificatum sponte magnificeque defendunt. Licet enim in iis institutorum christianorum germanam naturam magnitudinemque intueri; inter fortia certamina inclitasque victorias divina vis Ecclesiae virtusque cernitur, et manifesta factorum fide eminent et apparent collata a Pontificibus maximis beneficia in universas gentes magna, sed in eas maiora, quarum in sinu Sedem Apostolicam providentia Dei collocavit. Quamobrem qui Pontificatum ipsum conati sunt omni qua possent ratione et contentione lacessere, consentaneum iis erat haudquaquam parcere testi tantarum rerum historiae. Reapse integritatem eius attentare adorti sunt, idque arte et pervicacia tanta, ut arma illa ipsa, quae essent ad propulsandas iniurias optime comparata, ad inferendas detorserint.

Istud lacessendi genus tribus ante saeculis usurpavere prae ceteris Centuriatores Magdeburgenses: qui scilicet, cum auctores fautoresque opinionum novarum ad expugnanda doctrinae catholicae praesidia minime valuissent, ipsi, nova velut acie, in concertationes historicas Ecclesiam compulerunt. — Centuriatorum exemplum omnes

fere scholae, quae a doctrina veteri defecissent, renouarunt: idemque, quod est longe miserius, nonnulli persecuti sunt religione catholici, natione itali. Illo igitur, quo diximus, proposito peruestigata sunt vel minima antiquitatis vestigia: singuli prope tabulariorum tentati recessus: evocatae in lucem fabulae futes: commenta, refutata centies, centies iterata. Circumcisis saepe vel coniectis astute in umbras iis quae sunt tamquam rerum lineamenta maiora, praeterlabi reticendo libuit gloriose facta et merita memorabilia, intentis acriter animis ad consecrandum exaggerandumque si quid esset temere, si quid minus recte gestum: cuius quidem generis cavere singula plus difficultatis habet, quam quod hominum natura patiatur. Immo etiam licere visum est incerta vitae domesticae arcana scrutari sagacitate improba, arreptis inde in medioque positis quae prae ad obtrecationem multitudini spectaculo simul et ludibrio facilius fore viderentur. Ex Pontificibus maximis vel ii, quorum virtus excelluit, saepe notati vituperatique perinde ac cupidi, superbi, imperiosi: quibus rerum gestarum gloria invideri non potuit, eorum reprehensa sunt consilia: illaque audita millies insana vox, de ingeniorum cursu, de humanitate gentium male Ecclesiam meruisse. Nominatim vero in civilem romanorum Pontificum principatum, libertati maiestatique eorum tuendae non sine divino consilio institutum, eundemque et jure optimo partum et innumerabilibus benefactis memorabilem, acerrima male dictorum falsorumque criminum tela coniecta.

Iisdem vero machinationibus et hodie datur opera, ut, si unquam alias, certe hoc tempore illud vere dici possit, artem historicam coniurationem hominum videri adversus veritatem. Et sane, renovatis vulgo prioribus illis insimulationibus serpere audacter mendacium videmus per laboriosa volumina et exiles libros, per diarium volitantes paginas et apparatus theatrorum illecebras. — Ipsam rerum antiquarum recordationem nimis multi adiutricem ad iniurias volunt. — Recens illud in Sicilia specimen, quod cruentae cuiusdam

memoriae occasionem nacti, multa invecti sunt in decessorum Nostrorum nomen, mansuris etiam consignata monumentis agresti immanitate dictorum. Idemque paullo post apparuit cum honores publice tributi sunt homini Brixienti, quem seditiosum ingenium et infensus Apostolicae Sedi animus insignem posteris reddidere. Tunc enim aggressi iterum sunt incitare populares iras, itemque Pontificibus maximis ardentibus contumeliarum admoveere faces. — Siqua vero commemoranda fuerunt, omnino Ecclesiae perhonorifica, in quibus omnes calumniarum aculeos manifesta lux veritatis obtunderet, extenuando tamen dissimulandoque data est opera, ut pars laudis meritique quam minima posset ad Pontifices redire putaretur.

Illud vero gravius est, hanc similitudinem tractandi historiam ipsas in scholas invasisse. Per saepe enim pueris commentarii ad ediscendum proponuntur aspersi fallaciis: quibus illi assuefacti, praesertim si accerit doctorum aut perversitas aut levitas, facile imbibunt venerandae antiquitatis fastidium, rerumque et personarum sanctissimarum inverecundam contemtionem. Primordia litterarum supergressi, non raro in discrimen adducuntur etiam maius. Nam in maiorum disciplinarum meditationibus ab eventuum narratione ad rerum proceditur causas: a causis vero exaedificatio legum petitur ad iudicia temere ficta, quae saepius cum doctrina divinitus tradita aperte dissentiunt, et quorum ea omnis est ratio, dissimulare ac tegere quid et quantum instituta christiana in rerum humanarum cursu eventorumque consequentia ad salutem potuerint. Idque a plerisque suscipitur nihil laborantibus quam sibi parum ipsi cohaereant, quam loquantur pugnancia, quot quantisque tenebris eam, quae philosophia historiae dicitur, involvant. Ad summam, ne agamus de singulis, omnem historiae tradendae rationem eo convertunt, ut suspectam faciant Ecclesiam, invisos Pontifices, et illud maxime persuadeant multitudini, civile romanorum Pontificum imperium incolumitati et magnitudini rerum italicarum obesse.

Atqui nihil dici potest, quod a veritate magis abhorreat, ut permirum videri debeat, accusationes huiusmodi, quae tot testimoniis tanta vi redarguuntur, verisimiles videri multis potuisse. — Profecto sempiternae posterorum memoriae historia commendavit summa Pontificatus romani in Europam merita ac nominatim in Italiam; quae ab Apostolica Sede commoda et utilitates, ut erat proclive factu, una ex omnibus accepit plurimas. In quibus illud primo loco commemorandum, potuisse Italos in iis, quae religionem spectant, intactam a dissidiis retinere concordiam: permagnum sane populis bonum, quo qui potiuntur, ii praesidio ad prosperitatem publicam et domesticam firmissimo potiuntur. — Et ut singulare quiddam attingamus, nemo unus ignorat, post afflictas Romanorum opes formidolosis incursionibus barbarorum fortissime ex omnibus restitisse Pontifices romanos; eorumque consilio et constantia effectum esse nec semel, ut, represso furore hostium, solum italicum a caede et incendiis, Urbs Roma ab interitu vindicaretur. Et qua tempestate Imperatores Orientis curas cogitationesque omnes alio derivarant, in tanta solitudine et inopia nusquam rerum suarum tutelam nisi in romanis Pontificibus Italia reperit. Quorum in illis calamitatibus spectata caritas plurimum valuit, aliis accedentibus caussis, ad initia civilis ipsorum principatus. Cuius quidem laus est, coniunctum semper cum summa utilitate communi fuisse: quod enim licuit Apostolicae Sedi omne rectum studium humanitatemque provehere, et ad civiles rationes virtutis suae porrigere efficacitatem, et res, quae habentur in civitate maximae, coniunctim complecti, certe huic caussae non exigua gratia debetur, quod civilis principatus libertatem opportunitatesque praebuit tantis peragendis rebus necessarias. Quin etiam cum decessores Nostros impulerit conscientia officii ut iura imperii sui ab hostium cupiditate defenderent, hoc ipso pluries externarum gentium dominatum magna Italiae parte prohibuerunt. Simile quidquam recentiore est etiam perspectum memoria, quo tempore maximi imperatoris vic-

tribus armis Apostolica Sedes non cessit, et ut sibi omnia principatus iura redderentur, a foederatis regibus impetravit. — Neque minus illa italici hominibus salutaria, quod saepenumero Pontifices romani voluntati principum non iustae libere repugnarint: et quod, Europae viribus foedere icto consociatis, Turcarum, per iterata vulnera imminentium, immanissimos impetus insigni fortitudine sustinuerint. Duo praelia maxima, delictis italici iisdemque catholici nominis hostibus, alterum in agro Mediolanensi, alterum ad Echinadas insulas, opera auspiciisque Apostolicae Sedis et suscepta et pugnata sunt. Expeditiones Palaestinenses, auctoribus Pontificibus initas, vis est et gloria navalis Italicorum consecuta: item leges, vitam, constantiam res publicae populares a sapientia Pontificum mutuatae sunt. — Ad laudem Apostolicae Sedis magnam partem pertinet quaesitum italicum nomini ingenuis studiis atque artibus decus. Facile interiturae Romanorum Graecorumque litterae erant, nisi reliquias tantorum operum Pontifices et Clerici velut ex naufragio collegissent. In Urbe vero actae perfectaeque res altius loquuntur: veterum monumenta ingenti sumptu adservata: nova condita et summorum artificum operibus exulta: musea et bibliothecae constitutae: scholae instituendis adolescentibus apertae: Licea magna praeclare fundata: quibus de caussis ad hanc laudem Roma pervenit, ut communi hominum opinione mater optimarum artium habeatur.

Ex his aliisque multis cum tantum lumen eluceat, nemo non videt, infestum italicum nomini praedicare aut Pontificatum per se, aut civilem Pontificum principatum, idem plane esse ac de rebus perspicuis et evidentibus velle mentiri. Flagitiosum consilium scienter fallere, et venenum malum historiâ facere: multoque magis in hominibus catholicis eisdemque in Italia natis reprehendendum, quos plus quam ceteros gratus animus deberet et religionis suae honos et caritas patriae non ad studium modo sed etiam ad patrocinium veritatis hortari. Cum vero ex ipsis Protestantibus satis multi acri ingenio et aequo iudicio

opinionones non paucas exuerint, et compulsi veritatis viribus Pontificatum romanum commendare non dubitarint quod sit humanitatem utilitatesque permagnas in republica efficiens, indignum est quod multi ex nostratibus contra solent. Qui in historicis disciplinis adamant adventicia pleraque; et scriptores externos, ut quisque instituta catholica peius vexat, ita sequuntur et probant maxime, fastidiendos rati summos ex nostris, qui cum historiam scriberent, caritatem patriae ab obsequio et amore Apostolicae Sedis diiungere noluerunt.

Interim tamen vix credibile est quam sit capitale malum historiae famulatus servientis partium studiis et variis hominum cupiditatibus. Futura quippe est non magistra vitae neque lux veritatis, qualem esse oportere veteres iure dixerunt, sed vitiorum assentatrix et ministra corruptelae: idque praesertim hominibus adolescentibus, quorum et mentes opinionum implebit insaniâ, et animos ab honestate modestiaque deflectet. Percutit enim historia magnis illecebris praepropera ac fervida iuvenum ingenia: oblatam antiquitatis effigiem et illas imagines virorum, quos velut ad vitam revocatos in conspectu narratio ponit, amplexantur cupide adolescentuli et altius in animo retinent ad diuturnitatem insculptas. Itaque hausto semel a teneris annis veneno, vix aut ne vix quidem ratio quaeretur remedii. Neque enim illa est satis vera spes, futurum ut aetate sapiant rectius, dediscendo quod ab initio didicerint: propterea quod ad historiam penitus et considerate pertractandam pauci sese dedunt: maturiore autem aetate, in consuetudine vitae quotidianae plus fortasse offendent confirmandis quam corrigendis erroribus loci.

Quamobrem permagni refert huic occurrere tam praesenti periculo, et omnino videre ne diutius in materiam ingentis publice privatimque mali ars historica, quae tantum habet nobilitatis, traducatur. Viri probi in hoc disciplinarum genere scienter versati, animum adiiciant oportet ad scribendam historiam hoc proposito et hac ratione, ut quid verum sincerumque sit appareat, et quae congeruntur iam

nimum diu in Pontifices romanos iniuriosa crimina docte opportuneque diluantur. Ieiunae narrationi opponatur investigationis labor et mora: temeritati sententiarum prudentia iudicii: opinionum levitati scita rerum selectio. Enitendum magnopere, ut omnia ementita et falsa, adeundis rerum fontibus, refutentur; et illud in primis scribentium obversetur animo, primam esse historiae legem ne quid falsi dicere audeat: deinde ne quid veri non audeat; ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis. — Est autem in scholarum usum confectio commentariorum necessaria, qui salva veritate et nullo adolescentium periculo ipsam artem historicam illustrare et augere queant. Cuius rei gratia, perfectis semel maiore mole operibus ex fide monumentorum quae habentur certiora, reliquum erit capita rerum ex illis operibus excerpere litterisque mandare dilucide et breviter; causa quidem minime difficilis, sed quae non minimos habitura est usus, ideoque dignissima, in qua vel excellentium ingeniorum elaboret industria.

Non est autem huiusmodi palaestra intractata et nova: immo vero est summorum virorum non paucis impressa vestigiis. Siquidem rem historicam, sacris quam profanis rebus veterum iudicio propiorem, studiose Ecclesia vel ab initio coluit. Per medias illas quae in exordia christiani nominis incubuere cruentas procellas, complura acta et rerum monumenta incolumia conservata sunt. Itaque cum pacatiora tempora illuxissent, florere in Ecclesia studia historicorum coepere: Oriensque et Occidens doctos labores in eo genere vidit Eusebii Pamphili, Theodoretii, Socratis, Sozomeni, aliorum. Et post imperii romani occasum, quod humanioribus artibus ceteris, id et historicae usu venit, ut nusquam nisi in monasteriis perfugium, nec fere alios, praeter Clericos, cultores nancisceretur: ita plane ut, si sodales religiosi de scriptandis annalibus minus cogitavissent, notitiam prope nullam ne rerum quidem civicarum longo temporis intervallo haberemus. Ex recentioribus vero commemorare duos illos satis est, quos nemo

superavit. Baronium et Muratorium. Prior enim virtutem ingenii sui subtilitatemque iudicii incredibili eruditione cumulavit: alter vero, quamvis in eius scriptis multa reperiantur censura digna¹⁾, tamen ad res vicesque italicas illustrandas tantam vim congestit monumentorum, ut nemo maiorem. Iis vero plures annumerari facile possent et clari et magni, quos inter pergratum recordari Angelum Maium, amplissimi Ordinis vestri decus et ornamentum.

Artem ipsam historiae philosophicam magnus Ecclesiae doctor Augustinus princeps omnium excogitavit, perfecit. Ex posterioribus, qui in hac parte quiddam sunt memoria dignum consecuti, Augustino ipso usi sunt magistro et duce, ad cuius commentata et scripta ingenium suum diligentissime excoluerunt. Qui contra a vestigiis tanti viri discessere, eos error multiplex a vero deflexit, quia cum in itinera flexusque civitatum intenderent animum, vera illa scientia caussarum, quibus res continentur humanae, caruerunt.

Igitur si de disciplinis historicis optime omni memoria Ecclesia meruit, mereat et in praesens: praesertim quod ad hanc laudem ipsa ratione impellitur temporum. Etenim cum hostilia tela, uti diximus, potissimum ab historia peti soleant, oportet, ut aequis armis congregiatur Ecclesia, et qua parte oppugnatur acrius, in ea sese ad refutandos impetus maiore opere muniat.

Hoc consilio alias ediximus, ut tabularia Nostra praesto essent, quantum potest, religioni et bonis artibus provehendis: hodieque similiter decernimus, ut adornandis operibus historicis, quae diximus, opportuna ex Bibliotheca Nostra Vaticana pateat supellex. — Nihil dubitamus, dilecti filii Nostri, futurum ut vestri auctoritas officii vestro-
trumque opinio meritorum facile vobis adiungat viros doctos, in historia scribendique arte exercitatos, quibus recte possitis pro singulorum facultate suum cuique assignare opus, certis tamen le-

gibus auctoritate Nostra sancientis. Quotquot vero studium operamque suam vobiscum in hanc caussam collaturi sunt, erecto bonoque animo esse iubemus, et singulari benevolentia Nostra confidere. Res quippe agitur digna studiis patrocinioque No-
stro: in qua sane spem utilitatis plurimam collocamus. Nam firmis ad probandum argumentis cedat necesse est opinionis arbitrium: conatusque adversus veritatem diu susceptos ipsa tandem per se superabit et franget veritas, quae obscurari aliquandiu potest, extingui non potest.

Atque utinam quamplurimi excitarentur veri investigandi cupiditate, et inde utilia ad recordationem documenta caperent. Clamat enim quodammodo omnis historia, Deum esse qui rerum mortalium varios pepetuosque motus providentissime regit, eosque vel invitis hominibus ad Ecclesiae suae incrementa transfert. Item e dimicationibus illataque vi Pontificatum romanum semper evasisse victorem: oppugnatores eius, deiectos de spe, suam sibi perniciem comparavisse. — Neque minus aperte historia testatur quid sit de Urbe Roma iam inde ab origine sua provisum divinitus: scilicet ut domicilium sedemque perpetuo praebere-
beat Petri successoribus, qui hinc tamquam e centro universam christianam rempublicam nullius obnoxii potestati gubernarent. Cui quidem divinae providentiae consilio nemo est repugnare ausus, quin serius ocius inania coepta senserit.

Haec sunt, quae tamquam in illustri posita monumento intueri licet, undeviginti saeculorum confirmata testimonio: nec absimilia censendum futura quae reliquum afferet tempus. Nunc quidem praevalentes hominum sectae, Deo et Ecclesiae suae inimicorum, omnia in Pontificem romanum hostilia audent, compulso in ipsam eius sedem bello. Qua re hoc contendunt, debilitare vires sacramque potestatem romanorum Pontificum comminuere; immo Pontificatum ipsum, si fieri posset, extinguere. Quae hic post expugnationem Urbis acta sunt, quaeque etiamnum aguntur, nihil dubitare sinunt, quid in animo habuerint qui sese ad novas res architectos et duces praebuerunt. — Ad hos

¹⁾ Benedictus XIV. Epist ad Supremum Hispaniae Inquisitorem, 31. Iulii 1748.

accessere non eodem fortasse consilio plurimi, quos nimirum constituendae augendaeque reipublicae studium cepit. Ita numerus crevit decertantium cum Apostolica Sede, et romanus Pontifex in eam misere conditionem deiectus, quam gentes catholicae concorditer deflent. Illis tamen nihil sane melius incoepa succedent, quam ceteris ante eos eodem proposito, audacia pari. Ad Italos vero quod attinet, vehemens istud cum Apostolica Sede certamen, iniuria et temere susceptum, caput est ingentium domi forisque damnorum. — Ad alienandos multitudinis animos, adversari quidem Pontificatus dictus est rebus italicis; sed incriminationem inquam ac stultam ea ipsa, quae supra commemoravimus, satis convincunt. Idem vero, sicut antea omni memoria, ita in posterum non nisi prosperus et salutaris futurus est italicis gentibus: propterea quod haec eius est constans immutabilisque natura, bene mereri et prodesse in omnes partes. Quamobrem non est virorum rationibus publicis bene consulentium maximo isto beneficiorum fonte Italiam prohibere: nec dignum italis hominibus causam suam cum iis communicare, qui nihil aliud quam Ecclesiae perniciem meditantur. Simili modo nec expedit nec prudens consilium est cum ea potestate configere, cui perpetuitatis est sponsor Deus, historia testis: quam ut toto orbe catholici religiose

verentur, ita eorum interest, esse omni ope defensam: quamque ipsam principes rerum publicarum et agnoscant et plurimi faciant necesse est, his praesertim tam trepidis temporibus, cum fundamenta ipsa, quibus hominum nititur societas, propemodum vacillare videantur. Omnes igitur, in quibus est vera patriae caritas, si saperent et vera viderent, in eo maxime deberent studium curamque ponere, ut amoveantur funesti huius dissidii causae, et Ecclesiae catholicae tam aequa postulanti ac de iuribus suis sollicitae ea, qua par est, ratione satisfiat.

Ceterum nihil magis optamus, quam ut ea, quae commemoravimus, sicut litterarum monumentis consignata sunt, ita animis hominum penitus adhaerescant. Hanc ad rem vestrum erit, dilecti filii Nostri, quanto maiorem potestis sollertiam industriamque conferre. — Quo autem vester et eorum, qui vobis navabunt operam, magis fructuosus sit labor, caelestis patrocini auspiciem vobis illisque universis Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVIII. Augusti, anno MDCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Leo PP. XIII.

II.

Anordnung des k. k. Ministeriums des Innern über die Matrikulirung von Sterbefällen jener Personen evangelischen Glaubensbekenntnisses, welche auf einem katholischen Friedhofe beerdigt werden.

In Folge der Schwierigkeiten, welche aus Anlaß der Anordnung des hohen k. k. Ministeriums des Innern vom 19. August 1878, Z. 10421 (Diözesanblatt de 1878, Nr. 10 pag. 82) in Betreff der Matrikulirung von Sterbefällen jener evangelischen Glaubensgenossen, die ohne Intervention ihres zuständigen Seelsorgers auf einem katholischen Friedhofe beerdigt werden, ergeben haben, hat das hohe k. k. Ministerium des Innern mit dem Erlasse vom 16. August 1883, Z. 8157, im Einvernehmen mit dem

hohen k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht in Abänderung des eingangsgedachten Erlasses Folgendes anzuordnen befunden:

Wird ein evangelischer Glaubensgenosse auf einem katholischen Friedhofe beerdigt, so ist der Sterbefall künftighin ohne Unterschied ob die Beerdigung mit oder ohne Intervention des zuständigen evangelischen Seelsorgers erfolgt, mit Reihenzahl in die Sterbematrif jenes evangelischen Seelsorgesprenkels einzutragen, zu welchem der

Sterbeort gehört, und es ist dabei zugleich der Friedhof, auf welchem die Beerdigung geschehen ist, ersichtlich zu machen.

Das katholische Pfarramt dagegen, auf dessen Friedhofe die Beerdigung stattfindet, hat diese Thatsache in seiner Sterbe-Matrik in der Weise zur Evidenz zu bringen, daß ohne Reihenzahl in der Namensrubrik der Name des Beerdigten, sodann ohne Ausfüllung der übrigen Rubriken in der „Anmerkung“ der Beerdigungstag und der Sterbeort, sowie die evangelische Confession des Verstorbenen und jenes evangelische Seelsorgeamt, in dessen

Sterbebüchern der Todesfall als ordentlich matrikulirt zu suchen sei, angegeben werde.

Auch ist, wenn die Beerdigung ohne Intervention des zuständigen evangelischen Seelsorgers erfolgte, an denselben ein Auszug dieser anmerkungswaisen Eintragung sammt dem bei der Beerdigung dem katholischen Pfarramte übergebenen Todtenbeschauzettels unmittelbar oder im Wege der politischen Bezirksbehörde zu übersenden.

Hievon werden die hochw. Herren Matrikenführer zur Darnachachtung in vorkommenden Fällen verständiget.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Raibach am 14. September 1883.

III.

Fähigkeitszeugnisse zur Eheschließung ungarischer Staatsbürger in der diesseitigen Reichshälfte.

Laut Erlasses Seiner Exzellenz des k. k. Ministers für Cultus und Unterricht vom 24. August 1883, Z. 15819 ist zu Folge Schreibens des königl. ungar. Ministeriums für Cultus und öffentl. Unterricht vom 11. August 1883, Z. 26392 an sämtliche Jurisdictionen Ungarns die Circularverordnung des königlich ungar. Ministeriums vom 1. August 1883, Z. 31453/II ergangen, womit dieselben aufgefordert wurden, dahin zu wirken, daß die betreffenden Behörden den seinerzeit gefaßten Beschluß des königlich ungarischen Ministerrathes betreffs der ausschließlichen Competenz des königl. ungarischen Ministeriums für Cultus

und öffentlichen Unterricht zur Ausstellung von Ehecertificaten für ungarische Staatsangehörige, welche im Auslande eine Ehe einzugehen beabsichtigen, sich bei sonstiger Disciplinarstrafe auf das Genaueste gegenwärtig halten.

Hievon wird zu Folge einer Mittheilung der hohen k. k. Landesregierung vom 1. September 1883, Z. 7562 die hochw. Seelsorgsgeistlichkeit unter Hinweis auf den Erlaß des hohen k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 22. Dezember 1880, Z. 19870 (Diözesanblatt de 1881, Nr. 5, Seite 45) hiemit verständiget.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Raibach am 14. September 1883.

IV.

Zgodovina Sorske fare.

(Dalje.)

Na Tehovec je šla nekdanj na sv. Florijana dan procesija z banderi in gori je bila maša s pridigo. Druge maše so bile, razun na nedeljo, ko se je obhajalo posvečenje cerkve, v praznik sv. Primoža, ter pozneje sv. Matevža in Volbenka.

Na cerkvenem svetu je nekdanj 8 občanov posevalo po dva starija ovsa ali pšenice na leto. Cerkev je imela l. 1669 tudi hišico, ki se je dajala v najem za 1 gld. 20 kr. in pa nekaj zemlje na Svetji. Cer-

kovnik je pa dobival tačas za plačo od osmih zemljakov po mernik prosa in libro denarja na leto.

8. Podružnica sv. Janeza Krstnika v Preski.

Sedanja farna cerkev sv. Janeza Krstnika v Preski je bila do l. 1785 podružnica Sorska. Ker pride ona, kakor tudi nasledne cerkve, pri opisovanji Preške fare posebej omenjena, zabeležiti imamo tu le njih starejo zgodovino, dokler so one spadale pod Soro. Kraj, kjer

stoji danes Preska, je pokrival morebiti v starih časih zaraščen gozd, skozi kateri so presekali pot, ter vasi ali kapelici, ki je ondi nastala, rekli v Préséki. Potrjuje nam to pisava tega imena, ki se nahaja po starejih pismih, kakor: Preseka, Presseka, Pressika. Od Sore do Preske, kjer drži dobra cesta, se potrebuje tri četrtinke ure hodá. Pod sosesko Preške podružnice so pa spadale nekdanje vasi: Préska, Medvóde, Váše in Goriče.

Ob utemeljenji cerkvice sv. Janeza Krstnika, ki je bil vže pri starih Frankih zelo češčen svetnik, in ki pri Slovanih spominja na češčenje poganskega boga Kresa, naši viri molčé. Še-le to nam je znano, da je Preška cerkev v začetku 17. veka imela tri altarje, namreč velikega, posvečenega v čast sv. Janezu, na evangeljski strani v cerkvi altar sv. Jerneja, in tretji altar pri cerkvenem vhodu pod milim nebom. Ko je pa l. 1631 škofov obiskalec ukazal altar na prostem podreti, ostala sta le dva altarja v cerkvi. L. 1654 se je na novo napravil prav lep veliki altar, za kateri je samo nepozlačeni kip svetnika v tronu stal 165 gld. Ob istem času se je podrl altar sv. Jerneja in postavil se je na istem mestu altar Matere božje ter dodala sta se cerkvi še dva nova altarja, namreč eden sv. Martina in drugi sv. Valentina. Malo poprej so bili pa Preščánje prizidali k 14' dolgi cerkveni ladiji novo, obokano sve-tišče, ki je merilo 10'. Tudi leseni zvonik z dvema zvončkoma se ni več podal na strehi prenovljene cerkve, in sezidali so tačas nov zvonik na mestu lope pred edinimi cerkvenimi durmi, ostavili so pa leseni, kasetni in pobarvani strop v cerkveni ladiji. Cerkev in nove altarje je posvetil potem l. 1661. škof Oton grof pl. Buchheim, ki je vložil v veliki altar stare svetinje. Kapela žalostne Matere božje na epistelski plati se je prizidala l. 1721, in vsa cerkev z zvonikom se je vnovič prestrojila l. 1741, kakor kaže letnica nad velikim vhom. Tačas je ona dobila sedanjo svojo čudno skrčeno, križevo obliko in posvetil jo je menda škof Leopold grof pl. Petazzi l. 1761. Okrog cerkve je bilo vže leta 1641 pokopališče, obdano z zidom.

Posebne imenitnosti je bila pri Preški podružnici nadbratovščina Matere božje sedem žalostij, ki se je tu ustanovila l. 1721 in odpravljena bila pod cesarjem Jožefom II. l. 1783. Po njeni ustanovitvi se je altar Matere božje prenesel v novo kapelo na epistelsko plat in imenoval se odslej bratovski altar. Udov, vpisanih v posebno knjigo, je štela ona zelo veliko in tudi iz daljnih fará. Na tiho nedeljo v postu se je obhajal vsako leto glavni praznik bratovščine. Ta dan je bilo v Preski dvojno slovesno duhovno opravilo in bralo

se je več sv. maš. Sorski in sosedni duhovni so prišli spovedovat in bratovski udje so zadobili popolne odpustke. Drugi dan po tem prazniku ste bili vedno po dve sv. maši z biljami za mrtve ude in v isti namen opravljala se je vsak mesec po edna sv. maša z litanijami pri bratovskem altarju. Velika slovesnost se je vršila tudi vsako leto na tretjo nedeljo meseca septembra, ko se je obhajal zopet titularni praznik bratovščine. Prihajali so slednjič vsako tretjo nedeljo v mesecu proti večeru ljudje v sprevodu, katerega je vodil duhovnik sè Sore, k bratovskemu altarju v Presko, kjer so se molile litanije žalostne Matere božje.

Razun bratovskih maš so bile v Preski še gotove maše na dan sv. Valentina, sv. Marke, ko je tja prihajala, kakor prošnji teden, farna procesija, na praznik sv. Janeza Krstnika (patronsko opravilo) in obglavljenja sv. Janeza, v dan sv. Jerneja in v nedeljo po povišanji sv. Križa (obakrat se je obhajalo vže l. 1717 posvečenje cerkve), v dan sv. Martina (maša s pridigo) in sv. Janeza evang. (po maši blagoslovljenje vina).

Posestva je imela cerkev v 17. stoletju: tri hišice z vrtom in njivo „Cerkovnico“ Medvodami, kar je dajala ona v najem za 12 gld. 57 kr. na leto. Cerkovnik je dobival bire od 17. kmetov po mernik soršice in imel je svojo hišico vže l. 1654.

Podružnica sv. Marjete muč. v Žlebéh.

Poleg Gosteške cerkve je bila v Sorski fari znameniteja podružna cerkev ona sv. Marjete v Žlebéh. Ozrmo se najpoprej na njeno okolico. Koliko zgodovine skriva v sebi to sedaj pozabljeno zatišje górsko, imenovano sè skupnim imenom soseska Podkrajaska!

Pod to sosesko, v kateri stoji tudi cerkev sv. Jakoba na Petelincu, spada mnogo malih vasic, kojih imena smo zgoraj vže našli; njih središče je pa Žlebska cerkev. Precej nad cerkvijo se dviga zelen holm, imenovan Gradišča. Po vsem njegovem grebenu se nahaja za ped globoko pod rušo in drevesnimi koreninami prastaro zidovje, koje bi se izplačalo preiskati globokeje. Stópi po poti navzgor, ki vede k sv. Katarini, in tu dospeš v pol ure na vrhunec hriba Jeterbenka, kjer se ti zopet odkrijejo kakih 8 m. široke razvaline, kraju pa pravijo ljudje na Gradu. Gospodovali so tukaj v 12. in 13. stoletju roparski vitezi Hertenbergi, ki so se kakor jastrebi večkrat spuščali raz veličastne višine doli nad uboge seljane in vlačili naropano blago nazaj góri v stolpu podoben grad. Med ljudstvom se je ohranilo še dovolj spomina na-nje in na one žalostne čase. Povedali ti bodo stari Podkrajci, kako so bili ti „roparji“ v zvezi z graščaki v Polhovem

Gradcu, v sovraštvu pa z onimi v Smedniku; kako so imeli časih narobe kovane konje, da se po sledu ni znalo, jahajo li v dolino, ali se vračajo s plenom obloženi s svoje gnezdo. Pokažejo ti kraj pri Hutnah, kjer so imeli lovske pse, drug kraj z imenom Turnček, kjer je imel paznik svoje mesto, dalje na Kašči, kjer je bila žitna zaloga, in precej spodaj vas Pristavo, kjer so bili grajski posli in živina. Še danes se pri nekej hiši na Pristavi reče pri Slugi. Zadnji graščak in njegova gospa sta bila pa dobra človeka, in, da bi poravnala krivice svojih prednikov, sta zidala — pravijo ljudje — vsak na svoje ime cerkev; on je zidal kapelico sv. Jakoba na Petelincu, ona pa cerkev sv. Marjete v Žlebéh. Zidarji so prišli od sv. Primoža nad Kamnikom, in ko so izgotovili cerkev v Žlebéh, za katero so porabili kamenje starega gradú na Jeterbenku, šli so zidat ono sv. Petra v Dvoru. Tako ljudska pripovedka.

Sedaj pa stopimo na zgodovinska tla. Čuditi se moramo, da se je po mnogih preteklih vekih med ljudmi ohranilo še toliko spominov na nekdanje čase, ki se zelo vjemajo z zgodovinskimi dogodki. Iz listin nam je znano, da so vitezi Hertenberški¹⁾ res delali krivice okoličanom. Prepričamo se pa tudi, da zidanje sedanje cerkve sv. Marjete spada v isto dobo, kakor jo ljudje zaznamujejo. Zidana je bila namreč cerkev sv. Primoža nad Kamnikom v podobnem slogu okrog leta 1472, cerkev sv. Petra v Dvoru je bila pa dovršena v letih 1525—1561. Ravno v sredi med obema, namreč v začetku 16. stoletja, se je pa gradila cerkev Žlebska, ter dozidala se skoraj gotovo l. 1526, kakor kaže letnica nad slavolokom v cerkvi. V spodnjem delu cerkve se vidi mnogo starinskega kamna, pri katerem se očitno ne dá dvomiti, da je bil vzet iz starega gradú. Možno bi bilo, da se je pri velikem potresu l. 1511 razrušil tudi grad na Jeterbenku, kakor je znano, da

¹⁾ Ime Hertenberg je v listinah razno pisano, kakor: Hertenberg, Hirtenberg, Heremberch, Hortenberch in najbolj pravo je Hartenberg. „Hart“ je staronemška beseda in pomeni „gozd“, tedaj Hartenberg ali Waldenberg = gozdnat hrib. Hertenberžani so bili ministerijalci Koroških vojvod, l. 1261 so pa dobili svoj grad v fevd od Oglejskih patrijarhov. Naj naštejemo tu nekatere plemenitaže Hertenberške in letnice, kdaj da se ti nahajajo po raznih listinah imenovani. Prikažejo se oni najprej nazoči pri desetih konjiških igrah (l. 1165). V listinah pa sledé tako-le: Seyfridus (1147), Henricus (1177), Herlochus (1207, 1215), Reinbothus (1254), Gerlochus (Gerlacus) (1245, 1252, 1253, 1261, 1265, 1268, 1269, 1270, 1271, 1278, 1285), Hertlinus (1260), Ortlinus (1295), Ulricus in Otto (1312), Gotfridus (sin Gerlochov) (1318), Ruslens (1370). Imena Hertenberžank so bila: Agatha, Sibylla, Verena, Osanna, Dorothea itd. Naštevati vse vire, odkoder so vzeti ti podatki, bi bilo za tukaj preobširno. V Sorski fari je izumrla rodovina Hertenbergov (Jeterbergov) v preteklem stoletji.

se je zgodilo z gradom v Polhovem gradcu, in da so iz grajskih razvalin sezidali ondi cerkev sv. Petra, tu pa cerkev sv. Marjete. Da, še celo ako premislimo, da borna soseska ni mogla biti v stanu, postaviti sama poleg cerkve sv. Jakoba še veliko in lepo cerkev sv. Marjete, potrdi se mnenje, da se je, če ne obe, zidala vsaj posledna cerkev z grajskim denarjem.

Po okoliščinah se pa dá sklepati, da je uže pred 15. stoletjem, tedaj pred sedanjo cerkvijo, stala na tem mestu kaka cerkev sv. Marjete. Ta svetnica predstavlja po svoji podobi zmago nad ravno zatrtim zmajem, namreč poganstvom, in zato se utemeljenje cerkvá sv. Marjete sme prištevati najstarejim v deželi. V Žlebéh se je še ohranila pravljica o velikanskem pozoji (lintvernu), ki je ondi, kjer zdaj stoji cerkev sv. Marjete, prebival, ter žrl ljudi in živino. Ta stara pravljica ima v sebi sled poganstva. In ako se ozremo na zgodovinsko znamenito okolico te cerkve, se nam starost nje utemeljenja potrdi.

Vendar naj si bo temu kakor drago, znamenita in stara dovolj je vže sedanja cerkev sv. Marjete. Zidana je ona v poznogotskem slogu z jedno ladijo, in zidava ni še skoro nič pokvarjena. Cerkveni zid je silno debel. Po dolgosti meri cerkev 19·5 m., na širokost ima 8·5 m. ter v svetišči 4·5 m. Glede velikosti bi tedaj ona lahko služila za marsikako farno cerkev. V svetišči je dvoje gotskih oken, razdeljenih s podboji v dva dela. Tretje okno za altarjem je zazidano, mesto njega pa na epistelski strani izbito jedno štirivoglato. Tudi v ladiji je troje prvotnih oken in vsako okno v cerkvi ima okrogle šipice, polje nad lokoma je pa okrašeno z različnimi, seveda negeometričnimi olepšavami. Nad vhodom je veliko okroglo okno. Svod nosijo v svetišči, kakor tudi v ladiji, kamnitni stebri ob stenah, in šibka rebra se strinjajo v sklepnike, na katerih ste v svetišči podobi Marije in sv. Marjete, v ladiji pa Kristusova. Preslikan je bil ves svod l. 1742, a delo ni hvale vredno. V 16. stoletji je bil strop v ladiji še lesen in raven. Pod gotskim slavolokom stoji na evangelijski strani stara, trohnela prižnica. Zraven nje je kamnitna posoda za olje, prav kakor je stala ona l. 1669, dasiravno je vizitator tačas ukazal, da naj se odpravi od ondod. Le velike skrinje za cerkveno žito, katera se je nekdanj nahajala po vseh podružnih cerkvah, danes ni videti več. Na evangelijski plati svetišča je mala zakristija, ki je bila prizidana l. 1754. Omeniti nam je še letnice 1680, zapisane na debelem drogu sredi gotskega slavoloka. Cerkev ima bandero, na katerem so podobe sv. Marjete, sv. Uršule in sv. Jedrti. Zunaj cerkve so kamnite pod-

pornje, ki so za svetiščem prav lično izdelane, in nad cerkvijo se dviga visoka streha, pokrita sè skodljami. Vendar stopimo vnovič skoz gotski vhod v cerkev, da si ogledamo altarje.

Do l. 1631 je imela ta cerkev pet altarjev. V koru je bil veliki sv. Marjete na evangeljski strani pri slavoloku posvečeni altar sv. Sebastijana in sv. Antona Pušč., na epist. strani altar sv. Lenarta in ravno sredi cerkve altar sv. Trojice. Vsi ti so bili posvečeni. Peti altar pred cerkvijo poleg vrat se je ukazal l. 1631 podreti. Vidi se danes od njega, kakor tudi od nekdanje zidane prižnice, le nekoliko sledú. Tudi altar sv. Trojice na sredi cerkve se je ukazal l. 1641 predstaviti k zidu na evangeljsko stran, koder še danes stoji. Škoda je pa, da se je vsled tega zazidalo za njim stoječe okno, in tako trla se harmonija cerkve. Ko se je bila l. 1645 cerkev na Petelincu zaprla, začeli so sv. Jakoba častiti v Žlebski cerkvi, in sicer se je postavila njegova podoba v tron pri altarji sv. Lenarta. Pozneje je zopet sv. Lenart prišel na svoje mesto. Sedanji veliki altar sv. Marjete je bil narejen v cvetu renesance. Postavljena sta na njem velika trivogelnika s kostmi svetnikov. Odlikuje se ves altar, kakor tudi prva dva stranska, po drobnem in okusnem rezljanji. Za posledna dva nam je znano, da ju je izdelal v začetku 18. veka podobar Mihael Slamnik; pri velikem je pa še posebne, menda zgodovinske znamenitosti, stara podoba nad tronom, ki stavi pred oči pastirja, pasočega ovčice ob zelenem hribu. Znabiti je to v zvezi s kako dogodbo pred zidanjem cerkve. Ne prezrimo tudi lepih starih altarnih blazin iz vtisnjenega usnja, ki ležé na altarjih.

Močno zidani in široki zvonik stoji ločen od cerkve. Med njim in cerkvijo dela vez lesena streha, ki napravlja ob ednem lopo pred cerkvenim vhodom. V sprednjem licu zvonika je vzidan starinsk kamniten kip sv. Marjete. Prav mičen razgled je iz zvonikovih lin po prijazni okolici. V linah vise trije zvonovi, kakor so viseli vže pred 200 leti, samo da je mali zvon dobil med tem časom dva pomlajena vrstnika. Veliki ima napis: „Opus Joannis Antonii Samassa, Labaci 1746“; srednji: „Benedictus Hueterer me fudit Labaci 1751“, in mali: „Illustrissimus Dns Dns Joannes Sigismundus Cusitz Vicecapitaneus Ogellinensis me fie. fe. a. D. 1654“. V zvoniku je tudi ura. Okrog zvonika in cerkve se je postavil zid leta 1738; pokopovali pa pri sv. Marjeti niso nikoli, razun če kdo najde todi kje sledove poganskih gomil, kar bi se po izreku nekega izvedenca smelo pričakovati.

V nedeljo po sv. Jerneji, na katero je v Žlebéh „žegnauje“, in v praznik sv. Marjete, kot na patrocinih, obhajale so se nekdanj tu slovesne maše in prihajali so semkaj župljani z banderi vse fare. Razun teh dnij so bile vedno gotove maše: na dan sv. Ant. Pušč. in na dan sv. Sebastijana pri njunem altarji, dalje v praznik sv. Blaža, velikonočni ponedeljek (opravilo), v petek po vnebohodu, binkoštni ponedeljek (opravilo), v dan sv. Lenarta (s pridigo) in v dan sv. Tomaža.

L. 1669 je imela cerkev v posesti edno hišico, sicer se je pa ona popravljala iz milih darov vse okolice. Mežnija zraven cerkve je bila nova l. 1668 in cerkvenik je dobival nekdanj od desetih kmetov po mer-nik prosá na leto.

10. Podružnica sv. Jakoba ap. na Petelincu.

Cerkve sv. Jakoba na Petelincu stoji na robu soseske Podkrajске blizo sv. Katarine in je oddaljena od Sore dve uri. O začetku te cerkvice in njenem imenovanji se nahaja med ljudmi kopa pravljic. Nekateri trdijo, da se kraju zato pravi Petelinec, ker je nekdanj cerkvenik imel navado, da je zjutraj zelo zgodaj dan zvonil z edinim malim zvonom sv. Jakoba, in ljudje v soseski so norčevaje se začeli rekati: „Vže poje petelinec“. Drugi pripovedujejo, da se je takrat, ko so hoteli na Petelincu novo cerkev zidati, škof temu močno upiral, ter enkrat na Goriškem gradu, ko so ga zopet prišli prosit dovoljenja ravno med obedom, rekel: „Prej bo ta petelinec na mizi zapel, kakor bodete vi novo cerkev zidali.“ Bog je pa čudež storil in praženi petelinec je zapel. Škof se potem ni več branil dati privoljenje. — Petelinec je naslikan tudi na podobi, ki stoji sedaj v lopi te cerkvice. Nekdanj je bila ona pod mizo velikega altarja. To podobo razlagajo ljudje tako-le: Dva romarja sta šla od tod na božjo pot k sv. Jakobu v Galicijo. Prenočita v neki krčmi in hudobna gospodinja jima podvrže nekaj zlatnine, potem ju pa gre tožit k sodniku, da sta jo okradla. Sodnik ju da obesiti. Drugi dan pride nekdo sodniku med obedom pravit, da obešenca živita na vislicah. Sodnik pravi, da toliko, kakor petelinec, katerega je ravno mislil pokusiti. Ali petelinec skoči kvišku, ter gre pred sodnikom in poklicano gospodinja naravnost do obešencev, katera so potem oprostili. V spomin na to dogodbo se je zidala cerkev na Petelincu. — Da bi bil posledni „graščak Jakob z Gradú“ sezidal to cerkev, smo vže zgoraj omenili.

Sedanja cerkev sv. Jakoba je zidana na pečino sredi strmega hriba in sicer v renesančnem slogu. Delo se

je dovršilo skoraj gotovo l. 1751, kakor kažeti letnici na vratih in nad slavolokom v cerkvi. O prejšnji cerkvi je pisano, da je bila zelo majhna, a tudi ta ni velika; dolga je 11·5 m. in v ladiji 7 m. široka. Zakristije in prižnice nima. Dva altarčka jo kinčata; v velikem je sv. Jakob, v stranskem na evangeljski plati sta pa sv. Kozma in Damijan. Poslednemu nasproti je omara za cerkveno obleko in nad njo podoba sv. Jakoba iz starega altarja. Na zidu zraven nje visi tabla, na kateri je zapisano, da je papež Klemen 14. podelil 25. junija 1772. leta vsem, ki obišejo to cerkev drugo nedeljo po veliki noči in izpolnijo navadne pogoje, popolen odpustek, ter obiskalcem sploh nekaj malih odpustkov.

V zvoniku, stoječem nad lopo, sta dva majhna zvonova. Večji ima napis: „Opus Casparus Franchi Labaci 1733“; mali je pa zelo podolgast in star, ter nosi, razun podobe žalostne Matere božje, štirikrat napisano v gotskih majuskulah: „MARIA UNR.“ Zvonik in cerkev sta krita s hrastovimi škodljami.

Ker je bila sošeska Podkrajaska prerевна, da bi bila mogla poleg Žlebske cerkve dostojno oskrbovati tudi cerkev na Petelincu, je bila posledna parkrat zaprta in zapuščena. Zgodilo se je to l. 1654, ko jo je razsvetil škof Buchheim, pobravši iz nje svetinje, in ta zapuščenost je trajala do 29. novembra 1687 leta. Ista osoda je bila zopet Petelinško cerkev zadela leta 1779, ko je bilo Sorskemu dekanu Karnerju ukazano, da naj jo zaprè. A prebivalci Jame in Babnega Dola so izprosil, da se je kmalu odprla, češ, da od drugod ne slišijo zvonú, kakor s Petelincea.

(Dalje prihodnjič.)

Maše so se opravljale v tej podružnici: v praznik sv. Jederti, sv. Jurija, sv. Filipa in Jakoba, sv. Jakoba (patrocinij) in drugo nedeljo po veliki noči, ko se je obhajalo posvečenje cerkve. Leta 1654 se je njeno posvečenje praznovalo v nedeljo po sv. Jerneji, in sicer je ta dan bila zorna maša na Petelincu, velika pa v Žlebéh.

Cerkovnik je nekaj dobival od 10. kmetov na leto po mernik žita, po jeden sir in dva hleba. — Cerkev je pa imela vže l. 1654 Ilovnikovo kajžo z vrtom in jedno kravo v lasti.

11. Kapela sv. Frančiška Sal. na Goričah.

Stari Goriški grad je stal na holmu tik nad sedanjim gradom istega imena in oddaljen pol ure od Sore. V njem se je nahajala kapela sv. Uršule. Izpregovorimo najprej nekoliko besedij o gradu samem. Prišteval se je ta grad najstarejim in najmogočnejim v deželi. Prvo nam potrdi zgodovinar Schönleben¹⁾, ki meni, da se je Goriški grad sezidal vže l. 928; drugo nam pa pričajo še sedaj vidne razvaline in imena njegovih gospodarjev. Sprva so brez dvoma na njem stanovali gospodje, kojih rodovina si je od gorice, kamor se je bi postavil grad, vzela pridevek „Goriški“.²⁾ Ti so bili sicer lastniki gradú, vendar odvisni od Koroških vojvod.

¹⁾ Carnioliā, Ann. p. 491.

²⁾ V listinah se iz starih časov le malo imen Goriških plemenitnikov nahaja, kakor Galtenus l. 1221 in Ultzmanus z ženo Truto l. 1261. in l. 1269. Ohranila se je vendar ta rodovina še nekaj stoletij potem, ko ni več imela na Goričah svojega domovanja.

V.

Pfarr-Concursprüfung.

Zu der am 2., 3 und 4. October l. J. stattgefundenen Pfarrconcurprüfung erschienen sechs Diözesanpriester, und zwar die hochwürdigen Herren:

Michael Barbo, Pfarr- und Capitel-Vicär in Rudolfswert; Johann Bizjan, Straßhauscurat in Begunje; Josef Močilnikar, Pfarrcooperator in Sodrašica; Franz Perpár, Pfarrcooperator in Kostanjevica; Franz Petrovčič, Pfarrcooperator in Moravče, und Maximilian Veja, Pfarrcooperator in Kranjska Gora.

Die schriftlich ausgearbeitenden Concurfragen lauten:

Ex Theologia dogmatica: 1. Ecclesiam esse

infallibilem, probetur ex ejusdem fine et agendi ratione. — 2. Ss. Eucharistiam esse sacrificium, probetur ex s. litteris novi foederis et rationibus theologis.

Ex Theologia morali: 1. Quenam sunt causae ad peccandum incitantes? quid homini christiano respectu ad illas incumbit, ut peccata vitet? — Describantur peccata adversus bonam famam proximi, interna et externa, simulque gravitas eorum definiatur.

Ex Jure canonico: 1. Consuetudo, etiamne fons est juris canonici, et quibus tunc debet esse vestita conditionibus? — 2. Quidnam ecclesia, quidque potestas civilis respectu sepulturae praescribunt?

Expositio exegetico-homiletica: Fiat lingua vernacula exegetico-homiletica expositio pericoparum epistolae atque evangelii, quae leguntur Dominica 22. post Pentecosten, nimirum epistolae ad Philippenses cap. 1. a versu 6. usque ad versum 11. inclusive, et evangelii s. Matthaei cap. 22. a versu 15. usque ad versum 21. inclusive.

Iz duhovnega pastirstva: 1. Zakaj je duhovnemu pastirju krotkost potrebna? — 2. Kako se od udržanih grehov in kazni naravnost odvezuje? —

3. Katere pomočke naj duhovni pastir svetuje njim, ki hrepené po višji popolnosti.

Pridiga: Naj se napravi govor po besedah Jezusovih: „Ako ne vidite znamenj in čudežev ne verujete.“ (Jan. 8, 48.) Vpeljava naj se popolno izdela, izpeljava in sklep naj se pa le bogato osnujeta.

Krščanski nauk: Za učence ljudskih šol višjih razredov naj se vprašaje razloži resnica: Sveti Duh je oseba in sicer tretja božja oseba.

VI.

Chronik der Diözese.

Die canonische Investitur haben erhalten die hochwürdigsten Herren: Johann Babnik auf die Pfarre Toplice am 25. September; Johann Urbanček auf die Pfarre Trnovo (Dornegg) und Alois Rožič auf die Pfarre Krašinja am 26. September; Johann Šafer auf die Pfarre Grahovo und Anton Stenovec auf die Pfarre Sela bei Stein am 8. October; Ferdinand Kogej auf die Pfarre Zgornji Tuhinj am 22. October.

Der hochwürdige Herr Blas Šoklič, Stadtpfarrer in Bischofack, wurde zum fb. geistlichen Rathe ernannt.

Der hochwürdige Herr Sigismund Bohinec, fb. Hofcaplan und Secretär, wurde zum wirklichen fb. Consistorialrathe und Revisor der Kirchenrechnungen ernannt.

Uebersezt wurden folgende hochw. Herren: Martin Malenšek, Pfarrcooperator in Črnomelj, als Schillingischer Benefiziat und Pfarrcooperator nach St. Peter in Laibach; Josef Pokljukar, Pfarrcoop. in Srednja Vas in der Wochein, als solcher nach Spodnja Idrija; Franz Perpar, Pfarrcoop. in Kostanjevica, als solcher nach Trebno; Johann Šega, Pfarrcoop. in Radeče, als solcher nach Kostanjevica; Jakob Strupi, Pfarrcoop. in Trnovo, als solcher nach Radeče; Anton Brodnik, Pfarrcoop. in Postojna, als solcher nach Hl. Kreuz bei Thurn; Johann Lavrenčič, Pfarrcoop. in Logatec, als solcher nach Postojna; Jakob Ferjančič, Pfarrcoop. in Rovte, als solcher nach Logatec; Peter Ogrin, Pfarrcoop. in Boštanj, als solcher nach Podzemelj; Simon Ažman, Pfarrcoop. in

Boh. Bistrica, als solcher nach Boštanj; Franz Rozman, Pfarrcoop. in Jesenice, als solcher nach Boh. Bistrica; Johann Šlakar, Pfarrcoop. in Gorje, als solcher nach Vrhnika; Franz Gregori, Pfarrcoop. in Breznica, als solcher nach Görje; Andreas Karlin, Pfarrcoop. in Smednik, als solcher nach St. Georgen im Felde; Johann Molj, Pfarrcoop. in Tržič, als solcher nach Smednik; Matthäus Kljun, Pfarrcoop. und Benefiziat in St. Martin bei Littai, als Pfarrcooperator nach Polhov Gradec; Rochus Merčun, Pfarrcoop. in Altack, als Pfarrcoop. und Benefiziat nach St. Martin bei Littai; Johann Piskar, Pfarrcoop. in St. Lorenz an der Temeniz, als I. Pfarrcoop. nach Črnomelj. Gabriel Weiss, Pfarrcoop. in Vrhnika, wurde als Pfarradministrator nach Zaplana, und Josef Lavtižar, Pfarrcoop. zu St. Georgen im Felde, als Pfarradministrator nach Bukovšica beordert. Der Pfarrcoop. in Podzemelj, Franz Jančar, wurde als Pfarrverweser nach Wien berufen; der Institutspriester Johann Janežič wurde als Pfarrcoop. nach Breznica, und der Neopresbyter Johann Vavpetič als Pfarrcoop. nach Metlika decretirt. Dem Pfarrcooperator in Polhov Gradec, Franz Dolinar, wurde die zeitweilige Defizienz und Niederlassung in Horjul bewilliget.

Die Aufnahme in den Diözesanclerus und in das Clericalseminar wurde ferner gewährt den Candidaten: Johann Hladnik aus Rovte, Josef Pirc aus Dobrava und Johann Volk aus Brezovica.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 24. October 1883.